

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

§. I. Exponitur status quæstionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

vincibile; ex doctorum piorumque consilio, vel ex aliquo titulo juris, vel gravi rationum pondere, quæ prudentum judicio ad rationabilem dubii depositionem sufficiant, alias quippe prudens judicium conscientia formari non posset.

Minora autem fundamenta requiruntur pro scrupulis [qui ex nullis vel levissimis fundamentis dubitant] quam pro aliis: quibus ad deponendos scrupulos in dubio juris satisfacere de-

beret ille discursus à Poncio adductus loc. cit. Illud probabiliter licet operor, quod nulla ratione vel autoritate mihi constat esse malum, sed nulla ratione mihi constat, hoc esse malum: ergo. In dubio vero facti sufficeret iste consimilis: Hoc probabiliter non feci, quod ex nullo fundamento mihi constat, me consenserit, voluntariè distractum fuisse, &c. ergo. Alias dixi, abstinentum esse ab operatione, & obsequendum regule Juris. De qua infra.

## ARTICULUS II.

### An sufficiens titulus deponendi conscientiam dubiam in materia iustitiae sit possessio?

#### S U M M A R I A.

1. Quid sit bona fidei possessio?
2. Fundamentum sententie negantis.
3. Affirmativa probatur ex Regula 65. juris in 6.
4. Ex presumptione in foro externo.
5. Ex absurdo vitiis circuli.
6. Solventur fundamenta opposita.
7. Citata regula Juris non est limitanda ad forum exterrnum.
8. Notatur inconsequentia in doctrina Fagnani.
9. Negligentia in deponendo dubio parit obligationem restituendi.
10. Possessor dubius quomodo sit obligatus abstine-  
re ab usu & alienatione rei possesse?

#### S. I.

##### Exponitur status questionis.

**D**ehincuit Jurisperiti possessionem ex I. 1. & 3. ff. de acquirenda vel amittend. poss. quod sit, Detinere rei, corporis & animi iuris ad-  
miculo suffulta. Ubi ly corporis ad rei corpore-  
possessionem pertinet: si vero possesso genera-  
tum accipiatur, prout comprehendit non tantum  
corporalium, sed etiam incorporalium possesso-  
ment, illa particula redundat. Justa possesso,  
qua sola ad deponendum dubium sufficere pot-  
est, prater voluntarium detentionem rei tan-  
quam sua, requirit bonam fidem cum iusto titu-  
lo, quales sunt donationis, emptionis, hereditati-  
ris successioni, &c. Est autem bona fides cre-  
dulitas, quæ quis prudenter sibi persuaderet, rem,  
quam possidet, esse suam, vel saltem non esse alienam.  
Alii brevius, sed minus distinctè vocant  
sinceram rei alienam ignorantiam.

Hæc credulitas & existimatim in initio posses-  
sionis debet esse positiva, ita ut capiens possesso-  
nem rationabiliter existimet, se rem ejusmodi  
justo titulo tanquam suam possidere. Unde si  
dubites, numeris sit forte aliena, possesso ipsi ne-  
quaquam suffragabitur, sed manebit mala fidei  
possessor obnoxius restitutioni, veluti cum Mol-  
lina Tract. 2. disp. 6. conclus. 1. docent com-  
muniter DD. eo quod taliter dubitans non habe-  
at aliquem probabilem titulum juris, sine quo  
non datur iusta possesso. In continuatione ve-  
ro possessionis dubium exortum, quod adhibita  
diligentia vincit non potest, non tollit aut inter-  
ruptit bonam fidem, sed ad illam salvandam  
sufficit, quod possidens non habeat conscientiam  
R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. II.

rei alienæ, sive quod ipsi non constet, rem, quam  
possidet, esse alienam: neque enim omnia ad  
alicuius rei inceptionem necessaria requiruntur  
ad continuationem illius, veluti [omissionis circum-  
stantiis Philosophicis] patet in civili possessione,  
quæ conservatur per solam animi detentionem,  
cum tamen solus animus destinandi ad illam in-  
choandam nequaquam sufficiat. Ita communiter  
DD. deducunt ex C. fin. de prescript. ubi ad  
bonam fidem præscribentis requiritur, ut in nulla  
temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.  
Adquaque positiva solidum existimatio de re tanquam  
aliena videtur excludi. & ex C. si Virgo 34. q. 1.  
ubi D. Augustinus dicit: In iure prediorum tam  
dum unusquisque bona fidei possessor rectissime dici-  
tur, quandovis possidere se ignorat alienum; cum  
vero sciverit, nec ab aliena possessione receperit,  
tunc mala fidei perhibebitur, tunc iuste iniustus  
vocabitur.

Quæritur ergo, an in casu, quo possessor dubi-  
tat de jure dominii, seu proprietatis, nec potest  
adhibita diligentia dubium vincere, nihilominus  
ex titulo possessionis certam conscientiam depo-  
sito dubio formare possit, si licitum esse rem pos-  
sessam retinere, illa uti, alienare, &c.

Negativam secuti sunt Adrianus 4. de restitut.  
& Sotus 1. 4. de just. q. 5. a. ult. his adducti fun-  
damentis. Qui se exponit periculo utendi re  
non suā, peccat contra iustitiam: sed possessor  
dubitans de jure proprietatis, si rem dubiam reti-  
nere, vel alienare vellet, exponeret se periculo  
utendi re non suā: ergo peccaret contra iusti-  
tiam.

Secundū. Cum super eadem re duo habent  
æqualem juris prætensionem, res est potius divi-  
denda, quam alterutri tota adjudicanda, ut ser-  
vetur æqualitas: sed inter duos dubitantes de  
dominio rei, is, qui non est possessor, æquè habet  
jus dubium proprietatis, quam possessor dubius:  
ergo res non debet à possessore tota retineri, sed  
inter utrumque dividiri.

Tertiō. Si quis uti posset re, quam cum dubio  
possidet, sequeretur, conjugem de valore mari-  
monii dubitantem, eodem uti, adeoque debi-  
tum non tantum reddere, sed etiam petere posse:  
consequens pugnat contra c. Dominus: de se-  
cundis nuptiis, & C. inquisitioni de sentent. ex-  
commun.

Q

Quartū.

Quartò. In dubiis tutior pars est eligenda, per c. *juvenis*, de *Sponsal.* &c. ad *audientiam de homicidio*: sed tutius est restituere, quām retinere, cū in retentione possit subesse peccatum, non autem in restituzione: ergo.

## §. II.

## Resolutio affirmativa.

## CONCLUSIO. Possessio legitima in materia

*Justitia est sufficiens titulus ad dubium conscientiam de licita retentione, & usus rei possessae practice deponendam. Deducitur & probatur primò ex Reg. 5 in 6. In pari delicto & causa melior est conditio possidentis, eo quod possessor ultra jus dubium proprietatis, in quo convenit cum dominino incerto, insuper habet jus possessionis, quæ, cū suāpote naturā sit exercitum quoddam, & complementum dominii, pro possesso parit præsumptionem juris seu evidentem probabilitatem, quod res possella sit in dominio possessoris: atqui si possessor rem, de cuius dominio dubitatur, teneretur alteri simul dubitanti restituere, vel cum ipso dividere, jam non esset melioris conditionis: ergo juxta illam regulam juris potest rem possessam licite retinere, eaque uti.*

4. Secundo: Quoties forum externum non innititur falsa præsumptioni, toties internum conformatur foro externo, utri tenent Soto l. 4. de Just. q. 5. a. 3. Covarr. in c. cū esset n. 7. de testam. Thomi. Sanch. l. 1. de matrim. disp. 5. n. 20. aliisque plurimi: sed in foro externo possessio legitima protegit possessorem, estque titulus sufficiens, ut præsumpus rei possessa dominus protegatur in sua possessione, nec ad aliquam restitutionem, vel divisionem obligetur: ergo eadem possessio nisi constet de falsitate præsumptionis] erit titulus sufficiens ad licitam rei possessa retentionem & usum in foro interno, ac proinde possessor deposito dubio prudenter formabit talēm conscientiam certam: *Qui præsumitur dominus rei, estque melioris conditionis pra omni alio competente, relè retinet rem illam, eaq; uitatur: sed ego jure possessonis præsumor esse dominum hujus rei, & sum melioris conditionis pra omni alio competente: ergo licet retineo & uter reijta.*

5. Tertiò: Patet absurdum: nam pone, dubitandum de dominio & proprietate rei teneri ad restitudinem & deserendam possessionem illius, ut sic in dubio sequatur partem tutiorem, seque eximat pericolo peccati, cui restituet? utique illi, qui de jure proprietatis competit & contendit cum illo. Sed & iste veratur in dubio: ergo pariter vel tenebitur reciprocè restituere possessori, sicque ibitur in virtutem circulum, vel res erit ab utroque deserenda, aut danda pauperibus, quod nec jure præceptum, nec ulla praxi receptum est.

Neque dicas cum Soto, rem esse dividendam: cū enim possessor habeat meliorem titulum & conditionem quoad totum, non est, cur illo titulo privari, & competenti dubio æquiparari debat.

6. Ad primum vel nego minorem, vel distinguo majorem: Qui se exponit periculo solum materialiter utendi re aliena, peccat contra justitiam, nego majorem [quia habet sufficiens fundamen-

tum practicè judicandi rem esse suam] pericula formaliter utendi re aliena, concedo. Sed possessor dubitans de proprietate rei committentes se periculo materialiter utendi re non sūt, transfer; formaliter, nego minorem & consequentem. Cū enim, ut suppono, dubium sit invincibile, æquivaler ignorantia invincibilis: unde fieri ex invincibili ignorantia retinens rem alienam, non peccat contra justitiam, nec formaliter se exponit periculo: ita neque cum dubio speculare practicè deposito retinens rem alienam committit se formaliter periculo peccandi contra justitiam, vel utendi re aliena.

Ad secundum distinguo majorem: Si omnime habeant æqualem juris prætensionem, ut est dividenda, concedo; si in uno tantum genere, non in altero, sic nego. Sed inter duos dubitantes uterque habet jus dubium proprietatis & in petitorio, concedo; jus dubium possessoris, seu in possessorio, nego. Nam quia ex parte possessoris accedit jus certum possessionis, quo alter caret, jam inæqualis & melior titulus conditionis efficitur præ conditione alterius; aquidem præsumitur esse rei dominus, quoque ius possessionis contraria probationibus cluditur.

Ad tertium, concessa sequelā de dubio invincibili, dico, iure citata non adversari, quia loquantur in casu, quo pars dubitans non est in possessione bona fidei, vel quia possello fuit inchoata cum dubio; ita enim in c. dominus, et sermo de conjugio contracto nondum habet dimensionis conjugis certitudine, ac proinde in ipso iurito bona fide destruitur: vel quia diligenter ad dubium deponendum nondum omnis fuit addita; sicut enim c. *inquisitione* indistincte loquuntur, ratio tamen cogit distinguere, ne bona fidei possessor ab usu rei sua in perpetuum abdovere cogatur.

Ad quartum Respondeo, in dubio pratico, ubi est periculum formaliter injustitia & peccatum & ubi pars altera non tantum comparative, sed adversative est tutior, tunc partem tutiore esse eligendam: non autem in dubio speculativo tantum, cū adeat ratio sufficiens illud practicè deponendi, sicque consequenter shall periculum formaliter injustitia & peccati, de quo in sequentiibus plura.

§. III.  
Corollaria.

INFERES EX dictis primò: Illam regulam juri quod melior sit conditio possidentis, non tantum habere locum in foro externo judiciali, sed in foro fori, sed etiam in foro interno & conscientia, uti docet comm. DD. contra Prosp. Fagnano, qui in c. ne *ininitario* n. 191. & 193. contendit, hanc regulam esse limitandam ad forum fori, & in suam sententiam immerito citat Salrum in Clavi Reg. l. 1. c. 13. nam is, licet in hoc conveniat cum Fagnano, quod hac regula solit in materia iuris locum habeat, tamen eandem expresse admittit & extendit ad forum conscientia, n. 9. & 14. idque probat a paritate fori exteriori. In nulljudicio, inquit, condemnatur nullus a judice ad restituendam rem illam: ergo nec in foro interiori ad illam restitucionem obligatur. Re-